

vanitatem : \* et dextera eorum, dextera iniquitatis.

Deus canticum novum cantabo tibi : \* in psalterio, decachordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus : ⁊ qui redemisti David servum tuum \* de gladio maligno : eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, ⁊ quorum os locutum est vanitatem : \* et dextera eorum, dextera iniquitatis :

Quorum filii, sicut novellae plantationes \* in juventute sua.


Filiae eorum compositae : \* circumornatae ut similitudo templi.

Promptuaria eorum plena, \* eructantia ex hoc in illud.

Oves eorum fetosae, abundantes in egressibus suis : \* boves eorum crassae.

Non est ruina maceriae, neque transitus : \* neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum, cui haec sunt : \* beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.



aeternum. Ps. 144. Exaltabo te De-us me-us rex : \* et be-

nedicam nomini tuo in saeculum, et in saeculum saeculi.

Per singulos dies benedicam tibi : \* et laudabo nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.

Magnus Dominus et laudabilis nimis : \* et magnitudinis ejus non est finis.

Generatio et generatio